

intuamini exemplum: utpote qui non in juventute, sed in senectute denum Linguam  
 Graecanicam didicit, inq. feliciter sui habuit.  
 At quid Vos, qui in servandis hominibus arte vestra occupati estis? Annon & Vobis officina  
 est G. L. peritia? Annon ferè omne vestrum periculum è Grecia est paratum?  
 Annon Hippocrates, Dioscorides, Galenus aliq., hanc hanc artem densissimam olim  
 nube latentem, Graecis literis administris, in lucem revocaverunt, & miris modis propa-  
 gaverunt? Hoc v. quis citra G. L. cognitionem rectè satis intelliget, quamvis omnem, quod a-  
 sunt, moveat videndum? Tanta n. G. L. in arte Medicâ est necessitas, tanta est utilitas,  
 ut comotus illâ (teste Melchione Adamo) Jacobo Mylchius, P.P. in almâ Leucorâ Superiori  
 seculo famigeratissimus, artem Medicam revocaret, atq. ad fontes Graecos, è quibus Arabi  
 revelli deducti sunt, reduceret, suorum Auditorum assuefaceret, ut se quæ ac interprete, doctri-  
 nam ex limpidis potius fontibus Autorum, sua Linguâ loquentium, quam ex turbidis inter-  
 pretum lacunis haurirent.  
 Sed ad Vos jam contendo, Philosophiae cultores,  
 vestra quaerere suffragia. Equod est à Vobis, quod interponitur iudicium? Annon illud est  
 M. Tullii? Ea, quæ consecuti sumus, his studiis et artibus adepti sumus, quæ Grecia monu-  
 mentis disciplinisq. tradita nobis sunt. Quid? Nonne omnes omnium Disciplinarum  
 humaniorum inventores, doctores & interpretes Graeci audiunt, et reversâ etiam sunt?  
 Nonne Zeno, Socrates, Plato, Gorgias, Alcmaeon, Pitheus, et alii, qui vel unquam prima  
 Philosophiae lineamenta posuisse, vel primi artem aliquam docuisse creduntur, è  
 Grecia sunt suscepti? Nonne & ille Philosophorum Dux & Antesignanus, Aristoteles, qui  
 unus ferè autor & princeps omnium artium et disciplinarum celebratur, Grecia fuit  
 filius? Is utiq. est, qui Poësi et Rhetoricæ excoluit; sed Literis Graecis. Is est, qui in Physicis,  
 tanquam naturæ felicissimus interpret, domesticus arbiter & fidelissimus minister,  
 utilia præcepta tradidit; sed Literis Graecis. Is est, qui de moribus à materia concretionem  
 sequentis, per quorundam veluti gradus ad Deum ipsum, naturæ tutorem, iter ostendit; sed  
 Literis Graecis. Is deniq. est, qui primus accuratissimam argumentandi ac demonstrandi  
 formam, rationem item sophismata captionesq. cognoscendi et dissolvendi expeditissimam  
 præscripsit; sed Literis Graecis. Quæ omnia tam manifesta sunt veritate, ut splendidi-  
 solis, supra Horizontem nunc jam elati, radios digito videam demonstrare: si ad majorem asser-  
 tu meo (quod n. omnis Philosophia pars Graecor. agnoscat natalis) fidem faciendam plura  
 velim in medium proferre.  
 Proinde ne meo aliquantum de calle heic recedam, nunc statim ad illos, qui rei Theologicae  
 studium suum navant, gressum meum flecto. At quaesitur mox eos, quos volo, videre videor  
 confessor: Sine Graecæ Linguae vera notitiâ Theologi dei cordis, sedis V. Quis n.  
 Archætypos Tridens Novi tabular, ab Evangelistis et Apostolis Graecè primitivè conce-  
 ptar et consignatar, aliquò uim fructu evolvet? Quis septuaginta duorum interpretu  
 Vet. Testam. versionem, sine adhibito interprete, in sermone genuinò intelliget? Quis  
 Concilia illa Antiquissima, eaq. Oecumenica; Quis Basilior, Casariensem et Seleu-  
 censem; Gregorius, Nazianzenum et Nyssenum; Chrysostomum, Athanasium, aliosve  
 Patres Ecclesiae differenter, percipiet, si notitiâ G. L. destitutus fuerit? Cum tamen  
 in scriptis eorum evolvendis et perlegendis omnes Theologicae cultores assidue atq. acubui ee,  
 et singula ad Lygium sacrarum Literarum lapidem revocare, et nequid suberati sublit,  
 diligentissime explorare teneantur: quò tanto facilius feliciter Adversariis, qui  
 sepe

Vit. Medic.  
German.

nde  
mi, ali  
ip  
a  
s est  
rationi  
vera  
y. L.  
rum,  
ine  
r, vel  
am  
Qu  
over  
re  
ur, su  
nica  
pennit  
s etiam  
e Graec  
ir. Qui  
re cupit  
eg, de  
era  
ta  
alioz  
faciunt  
qbr  
estime  
nuditim  
s Graec  
quarto  
e Const  
Coer  
Vorne  
L. cognit  
i vizi  
tueni